



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Compendivm Cæremoniarvm In celebratione Diuinorum Officiorum Observandarvm

Jacobs, Johannes

Antverpiæ, 1621

X. De officio Ceroferariorum in eisdem Vesperis, Matutinis ac Laudibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40844**

*Ex l. 2. cap. 3.* se ad latus Epistolæ, facta ibi cum aliis altari debita reuerentia, in Vesperis statim discedet ad cornu Epistolæ altaris, ubi super gradu deponet nauiculam cum thuribulo: in Missa autem cum illis remanebit, donec Episcopus facta **Confessione** ad altare ascendat, & tunc pariter accedens ministrabit illa ut infra cap. 20.

**C A P V T X.****De officio Ceroferariorum in eisdem Vesperis, Matutinis ac Laudibus.**

*Ex l. 1. cap. 11.* **I.** **D**VO Acolythy ministraturi de candelabris cum cereis debent in statura, quantum fieri potest, æquales assumi, ut luminaria æqualiter teneant & deferant. Candelabra capient quidem manu dextra, sed qui à dextris incedet, statim ponet manum finistram ad pedem candelabri, dextrā ad globum tenens: qui verò à  
fini-

sinistris incedet, ponet dextram ad pedem, & sinistram ad globum; cumque reuerentias erunt facturi, illas æqualiter & eodem tempore facient; denique eundo, stando ac redeundo in omnibus actibus inter seipfos, & cum alijs ministris se conformabunt: sed ad verba ad quæ est inclinandum aut genuflectendum, ipsi tenentes candelabra non inclinabunt aut genuflectent, sed permanebunt stantes ac si essent immobiles.

2. Quando cumque siue Canonicus siue Episcopus Vesperas aut Missam celebraturus, paramentis indutus procedit cum Assistentibus seu ministris è sacristia ad chorum, præferunt vt supra candelabra cum cereis accésis: & cum peruenerint ante altare, ibi consistentes hinc inde à lateribus eorum, factis cū illis debitis reuerentijs, statim discedunt, in Vesperis quidem ad latera altaris, vbi super gradu

*Item ex*  
*l. 2. c. 8.*

*& ex*  
*Miss.*  
*in rubr.*  
*gener.*  
*tit. 17.*

*n. 4.*  
*Ex l. 1.*  
*cap. 15.*

*Ex l. 2.*  
*cap. 3.*

Ex c. 8.  
 & Miss.  
 in ritu  
 celebr.

gradu vel plano inferiori deponunt candelabra extinctis cereis: in Missa autem ad credentiam, super qua deponunt cum cereis accensis. Pari modo etiam præferunt, cum finitis Vesperis aut Missa, depositurus paramenta ad sacristiam reuertitur, & item in omnibus Processionibus.

Lib. 2.  
 c. 3. & 6

3. In Vesperis & Laudibus solemnibus absente Episcopo, finitis Psalmis accedent ad Celebrantem sine candelabris & cereis, & facta ei profunda reuerentia assistent hinc inde ad latus eius in plano chori donec cantato **Capitulo** intonauerit **Hymnum**: quo intonato facta illi denuò reuerentia recedent ad loca sua. Et dum cantatur **Antiphona** ante **Magn.** aut **Benedict.** tam præsentem vel etiam celebrantem Episcopo, quàm absente, accedentes ad altare cum debitis reuerentiis eleuabunt hinc inde anteriorem partem superioris to-

Ex c. 1.  
 & 7.

baleæ

baleæ

baleæ seu veli super altari positi, illam conduplicando vsque ad medium & thurificato altari reducent prout erat super altari.

4. Dum repetitur eadem **Anti-  
phona** post **Magn.** aut **Benedict.** accensis prius cereis, ducente Cere-  
moniarario deferent cum debitis reuerentiis à lateribus altaris ante celebrantem siue Canonicum siue Episcopum, & tenebunt ante illum hinc inde faciebus ad inuicem versis, vsque ad finem Vesperarum seu Laudum, & tunc recedent cum illo ad sacrificium: *sed si Episcopus celebrans dimissurus sit paramenta apud sedem, dum repetit **Domini vobiscum** post **Orationem** seu **Orationes**, factis debitis reuerentijs, reducente Cere-  
moniarario redibunt ad altare, ubi in suo loco reponent candelabra extinguendo cereos.* In Matutinis verò dum cantatur octauum **Responsorium** deferent similiter ante Canonicum cele-

Ex 1.2.

c.1.2.3.

c.7.

Ex c.8.

Cap. 6.

D  
brantem,

brantem, & tenebunt ante eum donec cantata **Lectio** intona-  
uerit Hymnum **Te Deum lauda-**  
**mus.** Et in nocte Natiuitatis Domini  
etiam tenebunt ante celebrantem tam  
Episcopum, quàm Canonicū, dum can-  
tat **Oratione** finito Hymno **Te Deum.**

Ex c. 14

Ex l. 1.

cap. 23.

Ex l. 2.

cap. 10.

5. In Vesperis & Laudibus pro de-  
functis non conduplicant velum alta-  
ris, quia nulla fit eius aut aliorum thu-  
rificatio: ad **Orationem** tamen tenent  
candelabra cum candelis accensis ante  
Celebrantem, vt alias.

## CAPVT XI.

**De Vesperis celebrandis per Epi-  
scopum in maioribus solem-  
nitatibus.**

Ex Cer.

l. 2. c. 1.

c. 2.

I. **S**I Episcopus Missam solēnem  
sequenti die celebraturus sit,  
aut eodem die celebrauerit, Ve-  
speræ solemnīus peragūtur, quàm  
si eam non esset celebraturus aut  
celebrasset. Facturus itaque Offi-  
cium in Vesperis siue primis siue  
secundis, si Missam quoq; sequēti  
die